An. et vol. XXIX 7 maii 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta SS. Congregationum: *S. C. Rituum:* I. Introductio Causae declarationis martyrii Servorum Dei Raphaëlis Captier et duodecim sociorum, p. 229. II. Reassumptio Causae B. Annae a S. Bartholomaeo, Virginis, p. 233.

Acta Tribunalium: *S. R. Rota:* Sententiae et decreta anni 1936, p. 234.

Diarium Romanae Curiae: - S. C. dei Riti: antepreparatoria - S. Romana Rota: Avviso di concorso - Segreteria di Stato: Nomine - Necrologio, pp. 259-260.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXXVII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 80 — extra Italiam, *L. it.* 50 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 8,50 extra Italiam, *L. it.* 4 —

«Bis fere in mense (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur»* (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXIX, n. 7 - 7 maii 1937)

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUUM

PAG.

I. *Parisien.* - Beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Raphaëlis Captier, sacerdotis professi e Congr. Tertii Ordinis S. Dominici pro educanda iuventute, et sociorum duodecim in odium fidei, uti fertur, interemptorum. - *18 novembris 1936* 229

II. *Antuerpien.* - Canonizationis B. Annae a S. Bartholomaeo, Virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum. - *24 februarii 1937* 233

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

PAG.

I. Sententiae editae anno 1936 234

II. Decreta in causis aliter eodem anno finitis 253

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Sacra Congregazione dei Riti: *anteprepa-ratoria* 259

II. Tribunale della Sacra Romana Rota: Avviso di concorso 259

III. Segreteria di Stato: *Nomine* 259

IV. Necrologio 260

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
MISSALE ROMANUM **ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum; S. Pii V Pontificis Maximi iussu editum, aliorumque Pontificum cura recognitum, a Pio X reformatum et Benedicti XV auctoritate vulgatum.** ***Editio quarta post typicam.*** - Volumen paginis constans LX-728-[224]-8, Typis rubris-nigris (cm. 22×31).			
— Solutum	85 —	90 —	110 —
— (A) Volumen partim corio, partim linteo anglico contectum, sectione foliorum fulva, cruce aurea aliisque ornamentis signatum	135 —	140 —	160 —
— (B) Volumen corio contectum, sectione foliorum fulva, cruce aurea, aliisque ornamentis signatum	160 —	165 —	185 —
— (C) Volumen corio contectum, sectione foliorum aurea aliisque ornamentis aureis et cruce aurea perbelle signatum	175 —	180 —	200 —
PII PP. XI Litterae Encyclicae **" De Communismo atheo "** - *Divini Redemptoris* - in-8°	1,50	2 —	2,25
TRADUZIONI: italiano, francese, spagnolo, tedesco, inglese (ciascuna)	1,50	2 —	2,52
Rundschreiben Seiner Heiligkeit PIUS' XI. Durch Gottes Vorsehung PAPST **" Über die lage der Katholischen Kirche im Deutschen Reich "** in-8°	1,50	2 —	2,25
TRADUZIONI: italiano, francese, inglese . . . . . (ciascuna)	1,50	2 —	2,25
PII PP. XI Epistula Encyclica **" De rei catholicae in Mexico condicione "** - *Firmissimam constantiam* - in-8°	1 —	1,50	1,75
TRADUZIONE spagnola	1 —	1,50	1,75

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **" Acta Apostolicae Sedis "**
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722*)

An. et vol. XXIX 7 maii 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI RAPHAËLIS CAPTIER, SACERDOTIS PROFESSI E CONGR. TERTII ORDINIS S. DOMINICI PRO EDUCANDA IUVENTUTE, ET SOCIORUM DUODECIM IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Si me persecuti sunt et vos persequentur (Io., XV, 20), monebat Christus discipulos iam mortem subiturus. Quae prophetica verba luculenter comprobarunt, non solum incruenta luctamina, quibus, Ecclesia iugiter impetita fuit, sed etiam innumeri martyres qui per saeculorum omnium decursum ad nostram usque, uti conspicimus, aetatem sanguinem suum pro Christi fide asserenda effundere non dubitarunt. Quos inter, Raphaël Captier eiusque duodecim socii, videlicet: Thomas Bourard, Constantius Delhorme, Henricus Cotrault, Pius Maria Chatagneret, Ludovicus Gauquelin, Franciscus Voland, Amatus Gros, Antonius Marce, Theodorus Cathala, Franciscus Dintroz, Iosephus Cheminal et Germanus Petit accensendi videntur, quippe qui omnes solida meritaque martyrii fama honestantur.

Pauca de singulis vix attingenda, verum nonnulla de restituto in Gallia Praedicatorum Ordine, cui plerique nostri pugiles se addiderant, prius delibare iuvat.

Magna furente seditione, quae in Gallia sub saeculi XVIII finem omnia pessumdedit, Ordo Praedicatorum fuit ibi penitus deletus. Ad tantam reparandam iacturam ex ipso Galliae sinu Deus talem suscitavit virum, qui primas vel in saeculo tulerat, quique sacerdotio auctus et in Ordinem Praedicatorum Romae ascitus, hunc, veluti alter parens, in Gallia instauravit: Henricum Dominicum Lacordaire, dicimus, cui, a. 1861 morte terris erepto, Generale Ordinis Capitulum, hoc elogium dicavit: « Profunda inter tot plausus animi demissio, fidei zelus, solida et sine fuco pietas, erga Apostolicam Sedem amor eximius, magnanimus rerum caducarum contemptor, candor animi ingenuus, legum custodia, morum facilitas, atque humanitas ». Insignis hic vir non solum primus et secundus Ordo ut revivisceret effecit, sed ut ipsi humanae societati remedium funditus afferret, a. 1852 Tertium regularem fundavit Ordinem, cui finem praestituit ad pietatem et scientiam adolescentium animos componere.

I. Franciscus Eugenius Captier, ad tam salubre consilium allectus, novo huic Instituto una cum nonnullis aliis nomen dedit, eiusque princeps decus et ornamentum extitit.

In oppido *Terare* a. D. 1829 natus, in Ullinensi s. Thomae Collegio educatus, sub P. Lacordaire magisterio religiosorum morum formationem nomenque Raphaëlis accepit; a. 1853 religiosis votis nuncupatis et a. 1855 ad presbyteratum promotus, munia, seu in religione seu a rei publicae moderatoribus sibi commissa, sancte implevit. De eo dictum est « dulcem, ut maternum cor, firmum vero ut adamantem fuisse ».

II. Aloisius Ferdinandus Bourard, Parisiensis, a. 1818 ortus, in iure doctor renuntiatus, forum celebravit. Deo vocanti obediens, in eumdem Tertium Ordinem ingressus, tirocinium prope Viterbium complevit, assumpto Thomae nomine. A. 1846 sacerdotio initiatus. Conventum et scholam in insula Corsica fundavit. Thomisticam doctrinam coluit, animarumque zelo et paenitentiae exercitio enituit.

III. Anno 1832 Lugduni Eugenius Delhorme natus, in eodem Ordine Constantii nomen accepit. Sacerdotio auctus, in scientiam et pietatem acquirendam et tradendam incubuit.

IV. Nobili genere a. 1840 Henricus Cotrault apud *Saint Amand* natus, religiosae vitae Patrem Lacordaire magistrum habuit. A. 1865 sacerdos factus, ad nobilem suae Congregationis finem assequendum alacri conatu felicique successu intendit.

V. Gabriel, qui in religione frater Pius Maria, Chatagneret, a. 1843 in pago *Firminy,* intra dioecesis Lugdunensis fines, in lucem prodiit. Ingenio praestans, scholam cum laude celebravit. A. 1870 ad Subdiaconatus Ordinem fuit promotus.

VI. Ludovicus Gauquelin, laicus, in urbe *Cherbourg* natus, paterfamilias in exemplum, sibi commissis muneribus in Arcoleensi Collegio ut magister adiutor sancte fungebatur.

VII. Franciscus Voland, a. 1818 in oppido *Orgelet* natus, vir laicus, in Arcoleensi Collegio et ipse magister adiutor, diligentia in docendo et in vitae christianae observantia insignis evasit.

VIII. Amatus Gros, in oppido *Charols* a. 1838 natus, inter fratres conversos connumerari voluit. In eodem Collegio domesticis servitiis addictus, pietate in Deum et caritate in proximum praefulsit.

IX. Antonius Marce, laicus, a. 1831 in loco vulgo dicto *Omblèze* natus mira erga Beatam Virginem pietate refulsit. Uxorem duxit quacum sancte vixit, atque ex ea filiolam paullo ante mortem genuit. Negotiorum gestoris munere apud idem Collegium fungebatur.

X. Theodorus Cathala in oppido *Rouvenac* a. 1830 ortum duxit. Vir laicus et matrimonio iunctus sarcinatoriam artem in eodem Collegio exercuit. Optima apud omnes fama ipse eiusque familiola fruebatur.

XI. Franciscus Dintroz, laicus, a. 1838 in loco *Auxange* natus est, famulatum in eodem Collegio exercuit, pietate et fidelitate praefulgens.

XII. Ioseph Cheminal, laicus, a. 1815 in oppido *Ville-en-Sallaz* ortum duxit. Suas operas eidem Collegio locatas habuit. Egregia religionis, pietatis et fidelitatis specimina dedit.

XIII. Germanus Petit, laicus, a. 1849 in oppido *Saint Vincent* natus, tantum animi candorem atque innocentiam praeferebat, ut s. Aloisio Gonzagae passim compararetur. Uti scriba in eodem collegio a. 1869 fuit assumptus.

Hi omnes, qui pro suo quisque munere et pro conditione vitae, tot merita sibi comparaverant, veluti in praemium, *digni habiti sunt,* non solum *pro nomine Iesu contumeliam pati,* sed et suum sanguinem pro eo generose profundere. Porro postquam, adverso bello, Napoleonis III imperium septembri mense anni 1870 corruerat, violenta exarsit communistarum seditio, quae diabolico veluti concita furore sacrilegis facinoribus, atrocibusque caedibus Galliam foedavit: Parisios praesertim, quo nequissimi homines omne sociale foedus eversuri convenerant. Hi rei publicae potestate per vim arrepta, religiosas domus Ecclesiasque diripiunt, et quotquot de Clero sunt seu saeculari seu regulari sacrasque Virgines in carcerem detrudunt, et morte vel iniudicatos plectunt. Servi

Dei, quos memoravimus, in his trepidis rerum adiunctis in bello sauciatos hospitio in Arcoleensi Collegio excipiebant, curisque christiana caritate adacti fovebant. Ast haec insignis caritatis benefacta odium in religionem nullatenus mitigarunt; impiique homines vi doloque eos die 19 maii a. 1871 e sua domo detractos in carcerem coniiciunt. Die vero 25 eiusdem mensis nostri pugiles ad extremam pugnam parati, dum e carcere exire compelluntur, tumultuose necantur.

Martyrii fama statim exorta est; atque a. 1896 in Parisiensi Curia processus adornatus est, et Rogatorialis in Lugdunensi. Plurimae quoque Postulatoriae Litterae Summo Pontifici porrectae fuere ut Causa haec apud Sacram hanc Congregationem introduceretur.

Verum pium hoc propositum plures praepedivere difficultates, quibus remotis, recentibusque non paucis superadditis summi ponderis Postulatoriis Litteris, quae martyrii famam perseverare comprobant, rei tractandae paratum est iter. Eapropter, quum iam ab. a. 1911 decretum super scriptis, quae his Servis Dei tribuuntur, editum fuerit, ceteraque omnia de iure parata, Rmo P. Benedicto Lenzetti, Generali Ordinis Praedicatorum Postulatore, nec non huius causae Postulatore legitime constituto enixe instante, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, die 17 mensis novembris anni huius habitis, Emus ac Rmus D. Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, Causae Ponens seu Relator, Dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur*. Emi ac Rmi Patres, audita Cardinalis Ponentis relatione, audito quoque Officialium Praelatorum voto, scripto dato, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative,* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit*. Facta autem, subsignata die, Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione a R. P. D. Promotore Generali Fidei, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum rescriptum ratum habens Commissionem Introductionis causae Raphaëlis Captier, Thomae Bourard, Constantii Delhorme, Henrici Cotrault, Pii Mariae Chatagneret, Ludovici Gauquelin, Francisci Voland, Amati Gros, Antonii Marce, Theodori Cathala, Francisci Dintroz, Iosephi Cheminal et Germani Petit, benigne subsignare dignata est.

Datum Romae, die 18 novembris, a. D. 1936.

C. Card. Laurenti, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ANTUERPIEN.

CANONIZATIONIS B. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO, VIRGINIS, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae Canonizationis B. Annae a S. Bartolomaeo, Virginis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Anna a S. Bartholomaeo, in Abulen. Dioecesi nata a. D. 1549, divino nutui obediens Carmelitico Ordini nuper a S. Teresia reformato adhaesit. Legifera haec Mater, singulares admirata virtutes quae in Anna refulgebant, sibi eam addidit sociam in arduo opere, ad quod complendum fuerat a Deo excitata, atque in eius ulnis spiritum Deo reddidit. Opus a S. Matre magnifice inceptum Anna est mire prosecuta, aliasque domos ipsa fundavit, inter quas Antuerpiensem, in qua ad Superos die 7 iunii a. 1626 evolavit. Beatificationis eius sollemnia in Vaticana Basilica die 6 maii a. 1917, Benedicto Pp. XV s. m. iubente, celebrata sunt.

Quum modo, ea interveniente, plures gratiae immo et nonnulla miracula a Deo patrata ferantur, Revmo P. Vincentio a S. Paulino Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Generali Postulatore instante, cui per suas litteras nonnulli Episcopi et eiusdem Ordinis Praepositus Generalis enixe accedunt, Emus ac Revmus D. Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, O. C. D., Causae Ponens seu Relator, in Ordinario S. R. C. Coetu hesterna die habito, Dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Revmi Patres, audita Cardinalis Ponentis relatione, nec non audito R. P. D. Salvatore Natucci Promotore Generali Fidei, rescribere rati sunt: *Affirmative* seu *Signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Hodierna autem die, Ssmo D. N. Pio Pp. XI ab infrascripto Cardinali relatione facta, Sanctitas Sua, Rescriptum Emorum Patrum ratum habens, propria manu Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis B. Annae a S. Bartholomaeo Virginis signare dignata est.

Datum Romae, die 24 februarii a. D. 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1936, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*
Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.
Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*
Advocatus: C. Astorri.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 16 ianuarii: « Negative ».

II. DAMASCEN. MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite consanguinitatis.*
Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.
Vinculi Defensor deputatus: A. Coussa.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Serafini.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 16 ianuarii: « Negative ».

III. LUCANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impedimenti publicae honestatis.*
Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.
Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 23 ianuarii 1936: « Negative ».

IV. ALEXANDRINA ARMENORUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, A. Canestri, I. Teodori, *Ponens.*
Vinculi Defensor deputatus: A. Coussa.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 25 maii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 23 ianuarii: « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

V. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ». II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 25 ianuarii: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Provisum in primo ».

VI. N. N. – DIFFAMATIONIS - INCIDENTIS.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: D. Lazzarato, *pro actore;* A. D'Alessandri, *pro convento.*

Dubia: I. « An sacerdos X. appellationem legitime prosecutus fuerit, in casu », et quatenus affirmative, II. « An attenta acceptatione renuntiationis, sacerdos X. appellationem urgere valeat, in casu », et quatenus affirmative, III. « An probatio per testes admittenda sit, in casu ».

Sententia diei 29 ianuarii: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative ». Ad III. « Negative ».

VII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Limongelli.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 26 maii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 30 ianuarii: « Infirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

VIII. CULMEN. – QUERELAE NULLITATIS ET NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Bersani.

Dubia: I. « An constet de nullitate sententiarum, in casu ». II. « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 30 ianuarii : Ad I. « Negative quoad primam, affirmative quoad alteram sententiam ». Ad II. « Negative ».

IX. Oenipontana. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 8 februarii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu.

Sententia diei 30 ianuarii : « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

X. Kielcen. – Nullitatis matrimonii *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 5 februarii : « Affirmative ».

XI. N. N. – Nullitatis matrimonii *ob simulatum consensum.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus: H. Serafini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 6 februarii : « Negative ».

XII. N. N. – Querelae nullitatis et Nullitatis matrimonii *ex defectu consensus ob exclusam unitatem et indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, I. Teodori.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de nullitate sententiae, cum insanabili, tum sanabili, a Tribunali X. die 11 februarii 1932 datae, in casu ». II. « An constet de nullitate sententiae sanabili, a Tribunali X. die 7 februarii 1934 datae, in casu ». III. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 8 februarii: Ad I. « Negative, ad primam partem dubii; affirmative ad alteram, seu constare de nullitate sanabili, in casu ». Ad II. « Affirmative, seu constare de nullitate sanabili, in casu ». Ad III. « Negative, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob simulatum consensum.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 15 februarii: « Negative ».

XIV. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu », et quatenus negative, II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 18 februarii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

XV. PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 20 februarii: « Affirmative ».

XVI. PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 1 martii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 21 februarii: « Infirmandam esse, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XVII. BEROLINEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, S. Janasik.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus: I. Kauer.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 10 martii: « Negative ».

XVIII. RHEDONEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 12 martii: « Negative ».

XIX. WESTMONASTERIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite ignorantiae finis matrimonii atque vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 21 martii: « Negative ».

XX. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu », et quatenus negative, II. « An consulendum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 31 martii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

XXI. BERGOMEN. – IURIUM ET POSSESSIONIS.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: H. Benvignati, P. Guidi, F. Bersani.

Dubia: I. « An ab immemorabili, vel saltem die accepti spolii paroecia loci *Torre Boldone* gauderet possessione exclusiva aedis sacrae S. Mariae Assumptae, in casu », et quatenus affirmative, II. « An revera dicta paroecia possessione eiusdem aedis spoliata fuerit ab Insti-

tuto vulgo dicto *Palazzolo,* in casu », III. « Utrum paroeciae loci *Torre Boldone,* an Instituto *Palazzolo* competat eiusdem aedis sacrae proprietas, in casu », IV. « Utrum paroecia, an Institutum reficere teneatur alteri parti titulo damnorum expensas in foro saeculari habitas, in casu », V. « An pars victa in iudicio Bergomensi damnanda sit expensis et honorariis eiusdem iudicii, in casu ».

Sententia diei 4 aprilis: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Affirmative ». Ad III. « Affirmative ad primam partem; negative ad secundam partem, seu proprietatem aedis sacrae competere paroeciae loci *Torre Boldone,* in casu ». Ad IV. « Compensandas esse inter partes expensas in foro saeculari habitas ». Ad V. « Affirmative ad primam partem, ne gative ad alteram, seu partem victam damnandam esse expensis eiusdem iudicii, non honorariis, in casu ».

XXII. TAURINEN. - IURIUM - RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi, H. Quattrocolo, A. Wynen, G. Heard, S. Janasik, A. Canestri, I. Teodori, C. Pecorari, H. Caiazzo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: C. Giusino, I. B. Nicola.

Dubia: I. « An constet de consuetudinibus curam actualem Archipresbyteri propriam coarctantibus, circa *a*) controversa iura et emolumenta funeraria; *b*) ius domibus benedicendi tempore paschali cumulative cum Archipresbytero, et de oblationibus pro rata participandi; *c*) ius altioris catechesis tradendae ». II. « An et quomodo locus sit restitutioni peragendae intra fines decreti Signaturae Apostolicae diei 2 maii 1932 ».

Sententia diei 6 aprilis: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Affirmative, seu restitutionem esse peragendam iuxta responsionem ad primum, a die motae litis, salvis iuribus legitime quaesitis a singulis personis, sive ob retributionem debitam ex opere praestito, sive ob praescriptionem, sive quovis alio titulo; ceterum placere de concordia, qua non obtenta, Emus Archiepiscopus rem propria auctoritate definiat ».

XXIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 aprilis: « Negative ».

XXIV. VARSAVIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 aprilis: « Negative ».

XXV. TRANSILVANIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite consanguinitatis.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 17 decembris 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 18 aprilis: « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXVI. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu », et quatenus negative, II. « An consulendum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 25 aprilis: Ad I. « Providebitur in altero ». Ad II. « Affirmative, seu consulendum esse Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

XXVII. DUNEN. – NULLITATIS TESTAMENTI.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: H. Benvignati, *pro actore;* I. Benedetti, *pro parte conventa, ex mandato gratuiti patrocinii.*

Dubia: I. « An constet de nullitate testamenti a R. D. Francisco Henry die 29 novembris 1915 conditi », et quatenus affirmative, II. « Utrum et quomodo restitutio bonorum testatoris fratribus eiusdem sit facienda ».

Sententia diei 25 aprilis: Ad I. « Negative ». Ad II. « Provisum in primo ».

XXVIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis et bonum fidei.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, S. Janasik.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 28 aprilis: « Negative ».

XXIX. VARSAVIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ex defectu consensus ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus: T. Ragusa.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 maii: « Negative ».

XXX. LUGDUNEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis et defectus consensus.*

Turnus Rotalis: G. Heard, A. Canestri, *Ponens,* I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 maii: « Negative ».

XXXI. BELOGRADEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. A. D'Avack.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 maii: « Negative ».

XXXII. CAMPOBASSEN. – STIPENDII.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, I. Teodori.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: A. Merlo, *pro actore ex mandato gratuiti patrocinii;* N. Patrizi, *pro convento.*

Dubium: « An Episcopus Campobassen. teneatur solvere sacerdoti Nicolao Di Girolamo summam libellarum 8502 ».

Sententia diei 7 maii: « Negative ».

XXXIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusionem boni sacramenti, fidei et prolis.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocati: E. Carusi et C. Bernardini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 9 maii: « Negative ».

XXXIV. TRIPOLITANA MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite consanguinitatis atque vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: A. Coussa.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 9 maii: « Affirmative ».

XXXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, C. Pecorari.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocati: I. B. Ferrata et D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 13 maii: « Negative ».

XXXVI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 19 maii: « Affirmative ».

XXXVII. N. N. - REDDITIONIS RATIONUM ET EXSECUTIONIS SENTENTIAE.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, I. Teodori.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: I. Torre, *pro parte actrice ex mandato gratuiti patrocinii;* F. Bersani, *pro reo convento.*

Dubium: « Quid a sacerdote X. debeatur paroeciae loci Z. vi sententiae Tribunalis Y. diei 12 octobris 1931, in casu ».

Sententia diei 30 maii: « Sacerdotem X. teneri in paroeciam loci Z., vi sententiae Tribunalis Y. diei 12 octobris 1931, ad solutionem Franco-

rum duodecim millium trecentorum sexaginta quinque et centesimorum quinquaginta (F. 12.365,50), cum usuris a die 1 ianuarii 1934, una cum expensis iudicialibus, in casu ».

XXXVIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 4 iunii: « Negative ».

XXXIX. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ob exclusum sive bonum prolis sive bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 9 iunii: « Negative ».

XL. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 10 iunii: « Affirmative ».

XLI. ROMANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, C. Pecorari.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus: F. Bersani.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 30 martii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 20 iunii: Infirmandum esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XLII. LYCIEN. – NULLITATIS MATRIMONII - INCIDENTIS.

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocati: C. Bernardini, D. Lazzarato et R. Fiamingo.

Dubia: I. « An locus sit appellationi, in casu », et quatenus affirmative, II. « An actio nullitatis matrimonii admittenda sit, in casu ».

Sententia diei 20 iunii: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative, seu actionem nullitatis matrimonii, in casu, non esse admittendam ».

XLIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu », et quatenus negative, II. « An consulendum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 23 iunii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

XLIV. DE GUADALAJARA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite ligaminis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 25 iunii: « Affirmative ».

XLV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocati: R. Mucci et C. Bernardini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 29 martii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 27 iunii: « Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLVI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 iulii: « Affirmative ».

XLVII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob intentionem contra indissolubilitatem et contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 4 iulii : « Affirmative ».

XLVIII. PISANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. A. D'Avack.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 7 augusti 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 6 iulii : « Confirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIX. NEAPOLITANA. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus: I. Torre.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 9 iulii : « Affirmative ».

L. MATRITEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. B. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 11 iulii : « Affirmative ».

LI. PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocati: I. B. Ferrata et I. Kauer.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 11 iulii : « Affirmative ».

Advocati: C. Bernardini, D. Lazzarato et R. Fiamingo.

Dubia: I. « An locus sit appellationi, in casu », et quatenus affirmative, II. « An actio nullitatis matrimonii admittenda sit, in casu ».

Sententia diei 20 iunii: Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative, seu actionem nullitatis matrimonii, in casu, non esse admittendam ».

XLIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu », et quatenus negative, II. « An consulendum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 23 iunii: Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».

XLIV. DE GUADALAJARA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite ligaminis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 25 iunii: « Affirmative ».

XLV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocati: R. Mucci et C. Bernardini.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 29 martii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 27 iunii: « Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLVI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor: I. Stella, *Substitutus.*

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 2 iulii: « Affirmative ».

XLVII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob intentionem contra indissolubilitatem et contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 4 iulii : « Affirmative ».

